

6087] CXXVI. $\bar{\text{I}}$ vir, aed., praef., quicumque c. G. I.²⁰⁴ ludos scaenicos faciet, si|ve quis alius c. G. I. ludos scaenicos faciet, colonos Geneti|vos incolasque hospites²⁰⁵ adventoresque²⁰⁶ ita sessum du|cito, ita locum dato distribuito atsignato, uti d. e. r.²⁰⁰ <de | eo loco dando atsignando> decuriones, cum non min. | L decuriones, cum e. r.²⁰⁷ c.²⁰⁸, in decurionibus adfuerint, | decreverint statuerint s. d. m.²⁰⁰. Quot ita ab decurionibus. | de loco dando atsignando statuendo²¹⁰ decretum erit, | it h. l. i. r. q.²¹¹ esto. Neve is qui ludos faciet aliter aliove | modo sessum ducito neve duci iubeto neve locum dato | ne²¹² dari iubeto neve locum attribuito neve attribui | iubeto neve locum atsignato neve atsignari iubeto ne|ve quit facito, quod²¹³ aliter aliove modo, adque uti | locus datus atsignatus attributusve erit, sedeant, ne|ve facito, quo quis alieno loco sedeat, sc. d. m.¹⁹⁹ Qui atver|sus ea fecerit, is in res singulas, quon|sc]umque quit | atversus ea fecerit, Hs Ico c.²¹⁴ c. G. I.²⁰⁴ d. d. e.⁶⁷, eiu[squ]e pecuni|ae cui volet rec.²⁰² iudicio apud $\bar{\text{I}}$ vir. pr[a]ef.ve actio pe|titi|o persecutioque h. l. <ius potestasque> esto.

CXXVII. Quicumque ludi scaenici c. G. I.²⁰⁴ fient, ne quis in or|chestram ludorum spectandor. causa praeter mag.²¹⁵ | prove mag. p. R.¹⁶⁹, quive i. d. p.²¹⁶ [e]t si quis senator p. R.¹⁶⁹ est erit | fuerit, et si quis senatoris f.²¹⁷ p. R. est erit fuerit, et si | quis praef. fabrum eius mag. prove magistrato (*sic*), | qui provinc. Hispaniar. ulteriorem <Baeticae pra|erit>²¹⁸ optinebit, erunt²¹⁹, et quos ex h. l. decurion. loco | <decurionem> sedere oportet oportebit²²⁰, <praeter eos | qui s. s. s. ne quis in orchestram ludorum spectan|dorum causa> sedeto <neve quisque mag. prove mag. | p. R. q. i. d. p. ducito>, neve quem quis sessum ducito | neve in eo loco sedere sinito, uti q. r. f. e.²²¹ s. d. m.

CXXVIII. $\bar{\text{I}}$ ²²² aed.²²³ pra[e]f. c. G. I. quicumque erit, is suo quoque anno²²⁴ mag. | imperioq. facito curato, quod eius fieri poterit, | <u. q. r. f. [e.] v.⁸⁰>²²⁵ s. d. m.²²⁶, mag. ad fana templa delubra, que²²⁷ | ad modum decuriones censuerint[et], suo quem|que²²⁸ anno fiant eaqu[e]²²⁹ <d.

tio. Videtur hic quoque interpolatio (cf. not. 190) grassata esse. Cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 140; Bruns Zeitschr. 13 p. 10 = Kl. Schriften 2, 290.

204) *Coloniae Genetivae Iuliae.* — 205) *Scr. hospitesque.* — 206) *Cf. supra N. 5671—5673.* — 207) *Ea res.* — 208) *Consuletur.* — 209) *Sine dolo malo.* — 210) *Scr. statutum.* — 211) *Ius ratumque* (i. r. q. recte editum *Eph. ep. 2 p. 228*). — 212) *Scr. neve.* — 213) *Scr. quo.* — 214) *Colonis.* — 215) *Magistratum.* — 216) *Iure dicundo praerit.* — 217) *Filius.* — 218) *Manifestum emblema. Baetica provincia sub finem demum Augusti constituta* (cf. supra N. 105). — 219) *Scr. erit.* — 220) *De re cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 251.* — 221) *Insere v.* — 222) *Scr. Ilvir.* — 223) *Aedilis mentio hic supervacua.* — 224) *Espectaveris* sui cuiusque anni (*Momms.*). — 225) *Totum hoc caput scilicet repetitionibus molestis* (cf. *Fabricius Herm. 38 p. 208*). — 226) *Sine dolo malo* (VORF. IVS. DM aes). — 227) *Scr. quem.* — 228) *Scr. quoque.* — 229) *Scr. eiqu[e].*